



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Anniuersarium Reinoldi de Perndorf cum matre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

mus, Capellani *Chun*, & *Wolfgangus* *Chrasto* de *Amzinpach*, *Wernhardus* de *Scharu-berch*, *Walchuno* de *Griez-pach*, *Weichardus* *Dapifer* de *Seueld*, *Heidenr.* de *Gors*, *Otto* de *Hafelârve*, *Pilgrinus* de *Sovartzenarve* & frater suus *Ortolfus*, *Otto* de *Stayze*, *Dietmarus* de *Charnbrunne*, *Hartnidus* de *Orte*, *Erchengerus* de *Zandset*, *Vlr.* de *Stubenberch*, *Otto* de *Chrems*, officiales *Herbordus* & *Dietmarus*. Datum per manus *Vlrici* apud *Pledling* super *Tsermos*, Anno incarnationis Dominicæ M. C. XCVIII. XVI. Kln, Septemb.

De Huba *Zeidlarn*.

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis Amen. *Ekbertus* Dei gratia *Babenberg*, Ecclesię electus, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Decet omnes quos ad spiritualis regiminis apicę diuina gratia voluit sublimare bonis iustisq; petitionibus aurem suę clementię non auertere, votisq;ue piis ac superna inspiratione conceptis desiderijs libenter annuere. Vnde petitionem dilecti nostri Prępositi *Gerungi*, & fratrum in *Osterhouen* iustam attendentes, bonę voluntatis amplitudine exaudiuimus, & quod à prædecessore nostro felicis memorię *Chunrado Babenberg*, Ecclesię electo acceptum possederunt, nosque eisdem fratribus meritis sanctorum duplicia recepturi contradidimus, magnum non iudicantes, si carnalia nostra eis seminemus, vt eorum spiritualia metamus, vt ex æqualitate in præsentem tempore nostra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia nostra inopię sit supplementum, Igitur Hubã vnã in *Zeidlarn* sitam, quã *Rugerus* de *Ebring* quondã in beneficio habuit, prædecessoriq; nostro hoc pacto, vt eisdem fratribus traderetur resignauit. Nos quoq; fratribus supradictis omnis iustitię plenitudinem confirmauimus. Vt autem hæc largitatis nostrę donatio vsibus prædictorum fratrum in *Osterhouen* firma in reliquum permaneant, scriptura paginę huius firmamus, & ad indicium stabilitatis sigilli nostri impressionem muniuimus, cum testimonio, consensu, & fauore eorum qui præsentem adierunt. De Dominis Cathedralibus, de Capellanis & ministerialibus nostris, quorum hæc nomina sunt. De maiori Ecclesia Dominus *Gundelohus* Decanus, *Syboto* Archipresb. *Gotfridus* & *Hertnidus* Canonici de titulo S. *Stephani* in *Babenwerch*, *Gotpoldus* & *Leupoldus* frater eius, Canonici de titulo S. *Iacobi* *Purchardus* Sacerdos & Canonicus. De ministerialibus nostris *Otto* de *Sleben*, *Marquardus* *Slich*, *Chalbolus* de *Wintzer*, *Dietricus* de *Poding*. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicę M. CC. III. coram altari S. *Iohannis Baptistę*, primo anno electionis Domini *Ekperti* in Episcopatam, V. Kln, Octob.

Anniuersarium *Reinoldi* de *Perndorf* cum matre.

VNiuersis tam præsentibus quam futuris, præsentem scriptum intuentibus. Prępositus *Osterh.* totusq; eiusdem loci Conuentus orationes in Domino. In libro scriptum monstratur *Machabæorum*, quod pro defunctis sit res exorare salubris, quod bene *Reinoldus* vir prudens præmeditatus obtinuit precibus, quod in hoc consensimus eius ipsius vt matris obitus per nos recolatur officio pleno diuino quolibet anno, sed per Conuentum deuotius vt peragatur, quatuor ipse libras nobis offerre probatas dare curauit firmum pro lege notari, dimidia nostris de rebus vt omnibus an. accepta lib. confratrum cedat in usum, ergo quod intacta maneant, quę sunt recitata præsentem chartam præcipimus inde notatam, Ecclesię nostrę bulla nostraq; serata. Testes autem huius rei sumus nos Prępositus, C. Prior, S. Subprior, H. Senior, H. Cellarius, *Gozberch* *Rebus*, *Dietpoldus* *Wal*, *Wil*, *Ebus*. VI. Sacerdotes, VI. H. Dyaconi, *Frid*, H. Subdyaco, & alij quam plures familiares nostri.